

128

EPISTOLA
DE
CONNVBII MENTIS ET CORPORIS
EXCELLENTIA

SVMME REVERENDO ET PERINLVSTRI DOMINO
DOMINO

CHRISTOPHORO
A TAVBENHEIM,

DYNASTAE IN BEDRA, LEIHE ET SCHALKENDORFF,
DOMINO IN BRAVNSDORFF, SCHORTAV, EBERSRODE,
GRAEFENDORF, LVNSTAEDT ET MOEKERLINGEN
ECCLESIAE CATHEDRALIS, QVAE NVMBVRGI EST
CANONICO SPLENDIDISSIMO
MAECENATI GRATIOSISSIMO
FESTVM NVPTIARVM DIEM
CVM NVPTA
SPLENDIDISSIMA GENEROSISSIMAQUE
VIRAGINE

IVLIANA LVDOVICA

IOANNIS PETRI DE LVDEWIG

POTENTISSIMI PORVSSORVM REGIS
CONSILIARIU INTIMI
DVCATVS MAGDEBURGICI ET ACADEMIAE HALENSIS
CANCELLARII
PROFESSORIS IVRIVM AC HISTORIARVM PRIMARII
ORDINIS ICTORVM PRAESIDIS
DOMINI HEREDITARI IN BENDORFF PREZ ET GATTERSTAEDT
FILIA SEXVS SVI ORNAMENTO
CELEBRANTI
INTER PIA VOTA GRATVLANTVR
M. IOANNES GEORGIVS HASSEKRL
ET
M. IOANNES CHRISTOPHORVS KATERBAV
ECCLESIA BRAVNSDORFF ET LEIHENS. PASTORES.

I NVMBVRGI, TYPIS BALTH. BOSSOEGELII, PRIV. TYPOGR.

CHRISTOPHORI

CONVENTU MENSIS ET CORPOREIS
EXCEPTEBENTI

ZUM REVERENDO ET HONORABILI DOMINO
DOMINO

CHRISTOPHORI ATABENHIM

DYNAE IN SEORI, LEBE ET SCHALMENPORT
DODGE IN SCHALMENPORT, SCHALMENPORT
GARDEIN, GARDEIN, GARDEIN
FOOLISH CLOTHES, FOOLISH CLOTHES
CANDLES OF SPLENDIDISSIMO

ESTATE AND APPARTAMENT
CUM NATALIA
SCHALMENPORT, SCHALMENPORT
VIRGIN

VALIANA LADOGA

JOANNIS PETRI DE FUNDWIG

TONITRUSMI POLYASORI RUG

CONCLAVI IN NERI

DAGALL MAGDEBURGICUS ACQUAVAE HANNSIS

PROLATORI ALIUM AEC HISTORIAM PELIANI

ORDINIS JOLOVAN PRAESIBIS

DOMINI HERBOSA DE IN SEORIS HEROS ET GUTTEREPE

HILLI SEXAS PAVORNAMENTO

GRANDELLA

INTESA DEI FOIA GRADACANTAS

M. IOANNIS GREGORIAS HASSEKELI

W. IOANNIS CHRISTOPHORI VELLERIA

EQUITATE REA BODONI ET LEMMIS, TAPETIS

UNIVERSITATIS, TUTTI BALTII, BOLOGNEI, TUTTI ALTRO



Quod felix faustum atque fortunatum esse
iubeat
potentissimus rerum sator, DEVS!



Salve lux faustissima, auspiciatissima! qua
MAECENATI nostro faces ex sanctissima spon-
fione nuptiales gratulabundi praeserimus. Inrita
numquam, MAECENAS GRATIOSISSIME, nostra
vota fuerunt, quae pro confirmata salute, sacra-
tissimoque TVO flore publici iuris facta sunt.
Crescit quippe cum annis TVA felicitas, et inlustrior in dies ef-
fulget; quod coelestis bonitatis documentum est, quae nostris
precibus, et conceptis votis non fatigatur, ut quiescat, aut desi-
nat bene facere. Quot enim NOMINIS TVI splendor perstrin-
xit prouincias, tot esse TE et gratiosissimum, et non doctis-
simum solum noscunt, sed et euectum supra seculi genium, ceu
Barua venerantur. Quam ob rem ad gloriam GENERIS splen-
didissimam, ad ingenium politioribus litterarum studiis forma-
tum, ad iudicium, quod verborum encomia superare videntur,
edecumatum, ad philosophiam, quae alias ad medium, pullatam-
que turbam fere relegatur, ad tot exercitationes litterarum mo-
numentis editas, ad miram linguarum eruditioisque peritiam,
ad tot praedia, quae supra fortem aetatis iam iam posides, ad
DOMVM CAPITVLI NVMBVRGENSIS coruscantem, ad tanta
denique virtutum praemia, non tenuibus epistolis, sed quaeſo ho-
norifica annulum mentione pia mente celebranda stupescunt.

Hanc TVAM fama inclutam conditionem status excipit aduentius : sanctum videlicet , vti vocant *Constitutiones Criminales*, matrimonium; quod aequi rerum aestumatores, iugalibus taedis praeludentibus, vere suspiciunt. Fortunatis enim TIBI iungis nuptiis dulcisimam TVAM ecce! **IVLIANAM LVDOVICAM**, ex perinlustri gente LVDEWICIANA, SPONSAM inlibatam, exsuperantique forma, et splendidissimis dotibus **VIRAGINEM**.

Quod tori foedus insigni cum exstet rei publicae commodo; honesta, MAECENAS incomparabilis, nos, (quibus olim visus es praeceptoribus, nunc autem et clientes habes, et fortis admiratores) cepit ambitio, ingenue, pro eo atque par est, de connubii TVI publico noraine gaudendi solemibus. Exultat gaudium, prorumpit laetitia, gesit animus vota proferre, nec intra pectorum latebras continet hoc auspicatissimo die patitur. Verum enim vero priusquam submissa pietate vota nuncupamus, quo nuptiarum celebritas atque pompa secunde procedant; pace **TVA, PATRONE GRATIOSISSIME**, nostram de *Connubii mentis et corporis excellentiam circumcisif* et absolutis commemorationibus, exponemus sententiam.

Ea est hominum praefantia, omnique nostra miratione celebrationis maior diuinitas, vt veteres hominem *θαυμα θαυματων* merito dixisse videantur. Siue enim diuiniae mentis latebras, recessusque abditos scruteris; siue stupendi corporis machinam longe artificiosissimam consideraueris; siue denique animum aduerteris admirabili illi, humanaque cognitione superiori vnioni, qua diuersissimae mentis et corporis substantiae inuicem coniunguntur: explicando naturali hoc connubii mysterio nondum sufficit totius humani generis coniuncta sagacitas. Mentis rationes si excusferis, profecto intelliges, vnam nostram mentem plura complecti, quam viuierorum corporum infinitam varietatem. Etenim, quae et quanta illa vis est, qua Dei, mentium, corporum, cotius mundi perfectiones intuimur, atque cognoscimus? *Quis non miretur sensuum sagacitatem?* *Quis memoriae, qua prae-*

terita

terita cogitando menti nostrae representamus, rationes ita reddi-
dit, ut nostrae aut admirationi, aut curiositati fecerit satis? Quis
copiam illam idearum locupletissimam, quam exhaustire cogitando
nemini licet, ad accuratius quoddam examen reuocavit vñquam,
quin plures ideas fentiat, quam quarum numerum inire posse?

Quis existimaret, vñquam fieri posse, nisi id, experientia
quotidiana duce, et proprio nostro sensu teste perciperemus,
ut summae, maxima, infinitae, immenae mentis natura, per-
fectionesque tam viuis, tamque conlustrantibus coloribus in
nostra mente adumbrarentur? Quis deinde humanam illam virtu-
tem proprius vñquam spectauit, qua ideas infinitas infinita qua-
dam ratione inuicem aut coniungere nouimus, aut segregare, quin
in mirationem quamdam nostrae mentis abriperetur? Quis natu-
rale illud cognaturumque cunctis hominibus verae beatitatis desi-
derium aut sensit, quin magnopere fuerit admiratus? aut admira-
tus fuit, quin summum quoddam sapientissimumque Numen
esse intellexerit, cui soli omnium excellentissimam hanc nostrae
mentis facultatem referamus acceptam? Quis liberratis naturam
umquam perspexit, quin sua sponte fateretur, plura adhuc lon-
ge esse, quae de ea nefsciat, quam que vera iam scientia com-
plexus fuerit? Quis, non dicam verbis, sed vel cogitationibus
complexi potest affectuum aut multitudinem, aut naturam, aut
vñsum? Quae quidem nostrae mentis admiranda excellentia fecit,
ut veteres philosophi aut particulam quandam diuinae mentis
nostram, aut diuini saltem generis naturaeque affirmarint. Cui
quippe non notum est illud A R A T I ab ipso P A U L O laudatum:
τε γαρ και γενος εσμεν? Licer vero ternere diuinam cum no-
stra mente commiscuerint, confuderintque: id tamen a nemine
puto in dubium vocari posse, in hoc adspectabili mundo nihil esse,
(si a sola diuina mente discesseris,) nostra mente aut nobilitus,
aut admirabilius, aut diuinius. Quod si deinde mirandam illam
humani corporis fabricam, quod si infinita partium discrimina,
quod si singulorum membrorum figuram, machinationem, pul-
chritudinem intuearis: aut captum te profecto non ratione tan-

tum,

tum, verum etiam sensibus esse oportet, aut tantam in his elegantiam, sapientiam, artemque tantam, tamque luculentam fenties, quantam inficiaberis te capere posse cogitando, ne dicam, verbis describere? Quis nescit, quantum laboris in eo consumferint, qui cultellis artificiose corporum nostrorum intima rimati sunt nostrae naturae venatores ruspantes? Quis autem ignorauit, quam multa adhuc sint, quae perfpicacissimorum Medicorum effugerint aciem? Attamen in tam immensa minimarum partium multitudine nihil est, quod temere nobis cœū frustra concessum esse vnuquam dixeris. Nihil superuacaneum, nihil, quod a nostri corporis perfectione posit abesse. Pol! saepe numero felices illos praedicamus, quibus datum est, haec sapientissimi **NVMINIS** miracula inuerti, infatibilibus quadam volupitate, quae, ex iucundissimis his, praefensis vbiique D^EI, vestigiis dilucida satis extant, ad summi **NVMINIS** et admirationem et cultum perfundi. Noueramus quondam medicum, quem rudes aliquando iatrapeticen amara fugillatione per rufum ac per iocum perperam contemserunt, Boerhauium τον μακάρην, vna qui quadam diecula symboli loco disiectum adhibuerit humani corporis cadauer, hac cum inscriptione sapientissima: *Huc Athēe!* Negauerat enim, fieri posse, vt contemplari quis haec, et perspicere possit, quin praefectissimum in his D^EVM oculis ipsi visurpet. Hinc Pythagorici humanum corpus σοφωτατης Φυσεως τεχνημα verissime declamat. Et **PLVTARCHVS** ille sapientiae promus condus, humanae humani corporis pulchritudinem καλλισον ειναι θεαμα rectissime dixit.

Quae quidem haetenus recensuimus, ita ea sunt inlustria, ita magna, simulque diuina, ut nihil licet homini hoc in adspectabili mundo (solam perfectissimam summi **NVMINIS** mentem, ad quam artificiosissime formatam expresfamque nostram constat, hic excipimus) aut intelligere, aut fingere augustius, nihil magnificientius, nihil suspectu dignius. Sed illud humanae sapientiae mysterium inuolutum, quod ex artissima mentium nostrarum cum corporibus coniunctione prostat, atque adparat, ipsa etiam admiratio-

miratione admirabilius intuetur. Quis enim vel primis labris
humanae sapientiae disciplinas gressauit, quin maxima Theolo-
gorum illa, Philosopherumque de huius vniuersis rationibus cer-
tamina intellexerit. In tria potissimum diuortiorum discrimina
viri sapientes discesserunt. Alii nimurum naturali quadam vi,
et corpus in mentem, et mentem in corpus agere finixerunt; alii
systeme quoddam causarum, quas vocant, occaſionalium, tradi-
derunt; alii denique ingenio excoigitatam harmoniam praec-
stabilitam nobis probare faterentur. Illi vero ea tradidierunt,
quae omni mentum corporumque naturae recte cognitae ma-
nifestissime aduersari perhibentur. In istis autem iudicem ferre
nequeunt, quod diuinam virutem ab occasionibus externis ex-
citari, mouerique inepte fingant, et independentissimum adeo
que D E U M a rerum conditaram morte arbitrioque suspendant.
Reſtat LEIBNITIANA, WOLFIANA Q V E harmonia praefac-
tibilita, quam qui ſectantur, conquisitissimis ſic adornatam ratio-
nibus commendant, ut μισθοφορες potius, quam Φιλοσοφος
aestimandos eſe legamus, qui probatam adeo ſententiam haſte-
nus contumelii erant vexaturi. Quo enim ſunt ingenii itipore
dicunt, cum infallibilem aeternamque diuinam praefcientiam ad-
mittant, non intelligunt, eiusmodi praefcientiae locum eſe non
poſſe fine praefabilitate quadam imperitis iudicibus exofa adeo
harmonia.

Sed haec haſtenus. Adducebam ad qualecumque huius rei
tratationem eo gaudio, quo perfundimur ex iucundissima harmo-
nia, que, MAECENAS GRATIOSISSIME, TVVM inter coniugale
connubium, (quo, IVSTINIANO teste, nihil in rebus mortalium
perinde venerandum eft,) eiusque excellentiam intercedit.
Nam quemadmodum omnium omnino mortalium haec eft com-
munis obligatio, vt gaudijs Procerum plaudentes occinant; quid-
ni cum HALA propter Salam, NVMBVRGVNQ V E, PAREN-
TES, FRATER, SORORES, CONSANGVINEI, et ADFINES
summae dignitatis coniuncae, quid? quod omnis vindique VICINA
inter communes plausus certam nuptiales TVAS ferias conce-
frent,

lebrent, clientes plauderemus? Haec inter solemnia tacere, votaque solemniter non nunquam, nefas foret a religio. Maiores nostri, cum spes longas prorogarent, dixerunt: *Oes erγαστερειονθαγ*. Simulacris enim Deorum suscepta vota, et literis confignata, ad genua adfigebant, quae non prius resolutebantur, quam impetratis iis, quae vouendo precati fuerant. Absit pagina supersticio. Non genibus simulacri aliquius, sed memoriae diuinae, aeternaeque curae ac praestabilienti prouidentiae infigimus, quae vota pro salute T V A nuptiali hoc auspiciatissimo die facimus. Romanum marmor coronatos tauros, sacerdotem Cabino vestitum, maestatores cum suis malleis ostendit, et unum cantostros cum fructibus sustollentem, et plures alios ritus, quibus pagani homines in sacris suis vrebantur. Misericordia nostra, quae sunt impia, quae profana potius, quam sacra sunt censenda; christiano ritu nostra vota faciemus, nostra sacra peragamus, non taurum, non porcam adducentes: sed ex S V P R E M I O M N I U M R E R U M P A R E N T I S voluntate numquam insuftum certe captamus augurium. Suplices igitur, quod in coelis habitat, NVMEN deueneremus ut sua benignitate et clementia TIBI, Patrone gloriosissime, ipsique Sponsae lectionis propitium velit adesse, et benedictionis supernae torrentibus in virtusque verticem effusis, saluos, fertos, atque beatos animo et corpore per conplures annos conferuare. Faxit JEHOVA, vti, quod hoc die V T E R Q V E ne-
xuerunt, vinculum, nullis adversitatibus dissoluatur; sed acceptum sibi probatumque sit! quo ipso in futura quoq; vita sanctissima animorum coniunctio atque harmonia continuabitur. Sic precamur, atque vouemus, sic votum nostrum ex sincero clientium peccoris affectu profectum suscipiat DEVS O. M; et nos, et omnes, qui nobiscum conspirant, eius iubatus esse damnatos. Addicunt auspicia coeli. Ita suffice, MAECENAS, felicitati TVAE, et summi bonis, quae coelo debes, ac virtuti TVAE perpetuo laetare. Ita vale in TVAM et publicam refissime, nosque, si demerebimur, non dilige, sed ama. Deditus in Museis nostris.

VII. Non. Augusti ccccxxxii.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA -> 0L

K018

b7



EPISTOLA
DE
CONNVBII MENTIS ET CORPORIS
EXCELLENTIA

SVMME REVERENDO ET PERINLVSTRI DOMINO
DOMINO QVA

CHRISTOPHORO
A TAVBENHEIM,

DYNASTAE
DOMINO
GR.
ECCLESIA
CAN

FEST

SPL

IVLI
IOAN

PO

DVCATVS N

PROFESSO
OR
DOMINI HERE
FILIA

IN

M. IC

M. IOAN

ECC

NVMBVR

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimeters

Farbkarte #13



CHALKENDORFF,
EBERSRODE,
ERLINGEN
VMBVRGI EST
ISSIMO
IMO
M DIEM
IMAQUE
OVICA
DEWIG
REGIS
MIAE HALENSIS
VM PRIMARII
ESIDIS
I GATTERSTAEDT
MENTO
NTVR
SSKERLL
KATERBAV
PASTORES.
PRIV. TYPOGR.